Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ex crescit. ut boni amplius gaudeant qui secū eos letari cōspiciunt quos amauerunt. et mali dū cum eis torquentur quos in hoc mundo despecto dō dilexerūt. eos nō solum sua s; etiā eorū grauis pena cōsumat. Fit autē in electis quidā mirabilius. quia non solum eos agnoscunt quos in hoc mundo nouerant s; uelud uisos ac cognitos recognoscunt bonos quos nunquā uiderunt. Nam cum antiquos patres in illa eterna hereditate uiderint. eis incogniti p uisionē nō erunt. qs inopere semp nouerunt. Quia enī illic omīs eterna claritate et communi dm conspiciunt. quid est quod ibi nesciant ubi scientē omīa sciunt. Nam quidā noster religiosus uir uite ualde uenerabilis. cum ante quadriennium moreretur. sicē religiosi aliqui qui p̄sentes fuere testati sunt. in hora sui exitus ionam pphetā. ezechielem quoq; et daniele cepit aspicere. eosq; dnis suos ex nomine clamare. Quos dum ad se uenisse diceret. et depssis luminib; eis reuerentie obsequiū preberet. ex carne eductus est. Qua in re apte datur intelligi que erit in illa incorruptibili corporali uita noticia. si uir iste ad huc incorruptibili carne positus. pphetas scōs. quos nimirū numq̄ uiderat agnouit. Solet autē plerūq; contingere. ut egressura anima eos etiā recognoscat. cū quib; p equalitate corporū culparū uel etiā premiorū in una est mansione deputanda. Nam uir uite uenerabilis eleuterius senex de quo in p̄cedenti libro multa narraui. in monasterio suo germanū frem iohem nomine se habuisse p hibuit. qui ante dies .xiiii. suū frib; exitū predixit. Cumq; fr̄s de crescentes cottidie cōputarent